OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=5423 page 1/9
Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1861
Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

qui in ſcripturarum laudibus efferuntur. Auſpicatur vero ab *Adamo* et in *Tito* Pauli diſcipulo deſinit, habeturque typis excuſum in *Opp. Iſidori* optima hactenus editione *Jac. du Breul*, *Pariſ.* 1601. p. 531. *Colon.* 1617. p. 359. f. Alterum Opuſculum incipit ab epiſtola Iſidori ad Oroſium: *Domino ſancto ac reverentiſſimo fratri horoſio yſydorus. Quedam notiſſima nomina legis et ewangeliorum que ſub allegoria imaginarie obteguntur* &c. Oroſius hic non eſt *Paulus* ille, qui Sec. V. *contra Paganos* ſcripſit. Libellus ipſe hunc minio titulum praefert: *Incipit defloracio eiusdem* (Iſidori ſcil.) *in nominatiſſimis nominibus legis et ewangeliorum ad eundem*, (nempe Oroſium) multumque rurſus ab editis differt, et ideo inſpici ab eo mereretur, qui de nova *Iſidori* publicatione cogitaret. Ita, ubi *du Breulius* legit: *Barrabas, qui Judaeis dimittitur, ſignificat Antichriſtum, quem illi errantes* meruerunt *ſuſcipere pro Chriſto*, noſter certe melius: *merebuntur*. In Calce Libelli adtexta eſt brevis inſtitutio de ratione et numero *Jejuniorum* eccleſiaſticorum ſumta, ut videtur, ex *Iſidori* L. I. *de Offic. eccl.* cujus *Editioni ſupracit.* Tractatus noſter inſertus eſt ad p. 515. titulo *Allegoriae quaedam ſacrae Scripturae.*

XXVII. VIII. H. 30.

759 Codex membraneus lat. Sec.
XIII. Folior. 275. 8. per duas columnas minute ſed nitidiſſime exaratus, rubricisque ornatus eſt Sacrorum *Bibliorum* juxta antiquiorem diviſionem *Pars altera*, a Libris videlicet *Salomonis* exorſa, quibus praefixa eſt *Hieronymi* Praefatio: *Jungat epiſtola quos iungit ſacerdocium* &c. Habent ejusmodi *Praefationes* et *Eccleſiaſtes*, et *Prophetae*; *Machabaei* vero duplicem *Rabani* ad *Ludovicum* Regem, et *Geroldum* archidiaconum. Libris N. T. pariter, ut ſolent, *Argumenta* praemittuntur. *Actus Apoſtolorum* ſequuntur *Paulinas Epiſtolas*. Succedunt *Catholicae Jacobi*, *Petri*, *Johannis*, *Judae*. *Joh.* I. c. 5. Teſtimonium coeleſte praeit. *Apocalypſis* inſtructa eſt Praefatione *Gilberti Pictav.* quae incipit: *Omnes qui pie uolunt uiuere* &c. et habetur etiam in *Bibliis gloſſatis*.

XXVIII.

Codex membraneus lat. Sec. 652
VIII. Folior. 158. 8. totus auro, vel hodie nitidiſſimo, ſcriptus, Titulis vero miniatis et Literis initiorum vario colore ſpecioſis eſt *Pſalterium* illud *Davidicum*, quod *Carolus* M. *Hadriano* Papae I. qui ſedem ab a. 772. ad a. 795. tenuit, donum vere auguſtum miſit, manu *Dagulfi* cujusdam exaratum, quodque deinceps ab *Hadriano* obvenit *Willebado* primo *Bremenſium* Epiſcopo, adſervatum inter ejus Eccleſiae Κειμηλια Seculis integris octo, et quod excurrit, dum in Bibliothecam Caeſ. Palatinam e privata *Leopoldi* I. Imp. tranſiret. Ita quidem *Lambe-*

2026-06-29

OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=5423 page 2/9
Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1861
Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

cius contra praefixum Codici *Joh. Henſeler* Notarii Imp. publ. Inſtrumentum, quo *Pſalterium* iſtud in uſu *Hildegardis* Aug. a. 783. defunctae fuiſſe, anno vero 788. a *Carolo* Eccleſiae *Bremenſi* inter alia Munera obtigiſſe e vetuſtis ejus Eccleſiae monumentis adſeritur. Innititur *Lambecius* potiſſimum verſibus illis Codici praefixis:

Hadriano ſummo papae patrique beato.
Rex carolus ſalue mando ualeque pater.
Preſul apoſtolicae munus hoc ſume cathedrae. &c.

At enim Verſus hi pluribus Pſalterii Exemplis juſſu *Caroli* ſcriptis praefigi potuere, quemadmodum Exemplo noſtro praefixa eſt altera *Dagulfi* Elegia, qua *Pſalterium* non Pontifici, ſed *Carolo* ipſi offertur, ut inter alia:

Exigui famuli dagulfi ſume laborem.
Dignanter docto mitis et ore lege. &c.

Statuant Eruditi; quidquid enim ſtatuerint, nec aetati, nec pretio Codicis quidquam decedet. Egit vero de eo *Lambecius* tam ubertim more ſuo, ut paene nihil addendum Succeſſoribus reliquerit. Adi, ſi lubet, *Librum* ejus II. C. V. p. 261, unde Commentationem ejus evulſam *Kollarius* T. I. *Analect. col.* 347. repraeſentavit. Duo tamen praeſtanda mihi ſupereſſe intelligo. Primo quidem, quod nemo Deceſſorum obſervavit, monendum, nequaquam finiri Pſalterii Προλεγομενα poſt Verſus illos 'αμοιβαιους *Damaſi* et *Hieronymi*, ut adfirmavit *Lambecius* p. 287. Succedit enim Locus inſcriptus: *Item de Libro Sancti Iſidori*, qui incipit: *Liber Pſalmorum quamquam uno concludatur uolumine* &c. et habetur in Ejus *Libro Prooemiorum Veteris ac Novi Teſtamenti* edit. *Du Breulii* p. 406. a qua, cum pluries diſcrepet, variationes hic placet adtexere:

Codex.	Editio.
non eſt tamen uno eodemque factore.	*non eſt tamen editus vno eodemque autore.*
et eman. ethan et idithun.	*Eteman, Etham, Idithum.*
eſſe exiſtimantur.	*eſſe aeſtimant.*
traditio uera talis eſt	*traditio veterum talis eſt.*
omnis pſalmorum reſonat organus.	*omne — organum.*
in unum uolumen coegit	*in uno volumine.*

2026-06-29

OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=5423 page 3/9
Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1861
Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

Ac per occultum ſacramenti myſterium.	*occulto ſacramenti myſterio.*
ſecundum hiſtoriam.	*ſecundum hiſtoriae curſum.*

Ultima verba ſunt: *eos prȩordinauit ut uoluit.* Hunc *Iſidori* locum excipit alter hac praeſcriptione: *Sanctus Auguſtinus dixit.* At ubi? Id quidem jam dubium de Loci ſinceritate ingerit, qui incipit: *Canticum pſalmorum animat decorat. inuitat angelos in adiutorium. fugat dȩmones. expellit tenebras* &c. Atque ita deinceps vis et utilitas Pſalmorum commendatur, iisdem fere ſententiis, quibus *Baſilius* M. in *Prooemio Pſalmor.* ex interpretatione *Rufini* utitur, quod *Prooemium* in quibusdam Codicibus mſs. et Editionibus antiquioribus *Auguſtino in Pſalmos* praefixum reperitur. Deſinit hic Locus: *Et animam ſuam in caelo mirificabit. in ſaecula ſaeculorum. amen.* Atque nunc demum *fol.* 24. p. 2. praemiſſo illo duplici ſplendidiſſimo titulo, quem deſcribit *Lambecius*, Pſalterium init, quod olim *Gentilottus* noſter cum Editione *Vaticana* 1590. contulit, longumque nobis variantium Lectionum Indicem reliquit. Ex hoc porro Indice, quod alterum mihi praeſtandorum eſt, varietates notabiliores dabo, praetermiſſis iis, quas aut diverſa aevi illius ſcribendi ratio, aut Librarii *Dagulfi* incuria fudit.

	Editio.	Codex.
Pag. 481.	Pſ. 2.	*Pſalmus Dauid de conuentu infidelium in Chriſti paſſione.*
	v. 11. *cum tremore*	*in tremore.*
Pag. 482.	Pſ. 4. v. 5. *Quae dicitis in cordibus veſtris et in cubilibus.*	*qui dicitis in cordibus veſtris in cubilibus.*
	Pſ. 5. v. 9. *In conſpectu tuo viam meam.*	*in conſpectu meo viam tuam.*
	v. 15. *ſcuto bonae voluntatis tuae*	Abeſt *tuae.*
	Pſ. 6. v. 8. *fletus mei.*	Abeſt.
Pag. 483.	Pſ. 7. v. 5. *in terra vitam meam.*	*In terram.*
	v. 12. *iraſcitur.*	*iraſcetur.*
	v. 15. *parturiit.*	*parturit.*
	v. 17. *deſcendet.*	*deſcendit.*
	Pſ. 9. v. 6. *ciuitates eorum deſtr.*	Abeſt *eorum.*
Pag. 484.	Pſ. 10. v. 2. *in pharetra.*	*in faretram.*
	v. 7. *pluet.*	*pluit.*

2026-06-29

OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=5423 page 4/9
Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1861
Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

Pag. 485.	Pſ. 12. v. 4. *Obdormiam in morte.*	*in mortem.*
	Pſ. 13. v. 2. *in ſtudiis ſuis.*	Abeſt.
	Titulus Pſ. 14.	*De Exemplo et de magiſterio Chriſti.*
	v. 1. *requieſcet.*	*requieſcit.*
Pag. 486.	Pſ. 16. v. 13. *et ſic catulus.*	*et ſicut catulus.*
	Titulus Pſ. 17. *In finem Pro puero domini in die, qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum eius, et de manu Saul.*	*In finem puero domini Dauid quae locutus eſt domino verba cantici huius in die qua eripuit eum de manu ſaul et de manu omnium inimicorum eius.*
	v. 12. *ſuper pennas.*	*ſuper pinnas.*
Pag. 487.	v. 22. *ſalvum me fecit.*	*faciet.*
	v. 31. *illuminas.*	*illuminans.*
	v. 34. *aut quis Deus.*	*et quis Deus.*
	v. 42. *nec poterunt ſtare.*	*nec potuerunt ſtare.*
	v. 51. *ſubdis populos.*	*ſubdes populos.*
	Pſ. 18. v. 5. *ſponſus procedens.*	Abeſt *procedens.*
Pag. 488.	Pſ. 20. v. 1. *Super ſalutare tuum.*	*ſuper ſalutari tuo.*
	Pſ. 21. v. 1. *reſpice in me.*	*reſpice me.*
Pag. 489.	v. 20. *auxilium tuum a me*	Abeſt *a me.*
	Pſ. 22. v. 9. *in longitudinem dier.*	*in longitudinem.*
Pag. 491.	Pſ. 26. v. 12. *clamavi ad te.*	Abeſt *ad te.*
	v. 17. *in ſemitam rectam.*	*in ſemita recta.*
	Pſ. 28. v. 8. *omnes dicent gloriam.*	*omnis dicet gloriam.*
Pag. 492.	Pſ. 30. v. 10. *Nec concluſiſti me in manibus.*	*Nec concluſiſti in manus.*
Pag. 493.	v. 26. *in tabernaculo tuo.*	Abeſt *tuo.*
	v. 30. *veritatem requiret.*	*veritates requiret.*

2026-06-29

OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=5423 page 5/9
Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1861
Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

Pag. 494.	Pſ. 34. v. 9. *cadat in ipſum.*	*cadat in ipſo.*
Pag. 495.	v. 30. *Induantur confuſione et reverentia.*	*Confuſionem et reuerentiam*; atque haec conſtruendi ratio ſaepius redit, v. g. *Praecinxiſti me virtutem. Circumdediſti me laetitiam* &c.
Pag. 496.	Pſ. 36. v. 24. *Greſſus hominis dirigentur.*	*dirigetur.*
Pag. 499.	Pſ. 43. v. 5. *Quoniam complacuiſti in eis.*	*Quando complacuiſti in eis.*
Pag. 500.	Pſ. 44. v. 19. *Memores erunt nominis tui.*	*Memor ero nominis tui.*
Pag. 502.	Pſ. 48. v. 7. *redimit.*	*redemit.*
	v. 11. *in progenie et progenie.*	*in progeniem et progeniem.*
Pag. 503.	Pſ. 51. v. 4. *lingua doloſa.*	*linguam doloſam.*
Pag. 504.	Pſ. 54. v. 5. *Timor et tremor venerunt ſuper me et contexerunt me tenebrae.*	*Timor et tremor venit et contexit me tenebra.*
Pag. 506.	Pſ. 56. v. 10. *pſalmum dicam.*	*pſalmum dicam domino.*
	Pſ. 57. v. 1. *recte judicate.*	*recta iudicate.*
	v. 9. *ſic in ira.*	*ſicut in ira.*
Pag. 507.	Pſ. 59. v. 12. *quia vana ſalus.*	*et vana ſalus.*
	Pſ. 61. v. 8. *Deus adjutor.*	*quia deus adiutor.*
Pag. 508.	v. 10. *rapinas nolite.*	*in rapina nolite.*
Pag. 509.	Pſ. 65. v. 18. *attendit voci.*	*adtendit vocem.*
Pag. 510.	Pſ. 67. v. 6. *Deus qui inhabitare facit.*	*Dominus inhabitare facit.*
	v. 8. *egredereris — pertranſires.*	*egredieris — pertranſieris.*
Pag. 511.	Pſ. 68. v. 13. *in opprobrium.*	*in obprobria.*
	v. 40. *civitates Judae.*	*Ciuitates iudeae.*
Pag. 512.	Pſ. 70. v. 16. *in potentias.*	*in potentiam.*

2026-06-29

OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=5423 page 6/9
Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1861
Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

Pag. 513. Pſ. 71. v. 5. *in generatione et generationem.*	*in generatione generationum.*
v. 11. *omnes reges terrae.*	Abeſt *terrae.*
Pag. 514. Pſ. 73. v. 20. *animas confitentes.*	*Animam confitentem.*
Pag. 515. Pſ. 75. v. 8. *terra tremuit.*	*terra timuit.*
v. 11. *affertis munera.*	*adferent munera.*
Pag. 516. Pſ. 77. v. 18. *in eremo.*	*in herimo.*
v. 31. *in arenam maris. Volatilia pennata.*	*harena maris. Volatilia pinnata.*
Pag. 517. v. 70. *non plorabantur.*	*non plorabuntur.*
v. 75. *ſicut unicornium.*	*ſicut unicornis.*
Pag. 518. Pſ. 79. v. 1. *velut ovem Joſeph.*	*tanquam oues Joſeph.*
v. 16. *ſuper filium hominis.*	Abeſt *hominis.*
Pſ. 80. v. 3. *ſollemnitatis veſtrae.*	*ſollemnitatis noſtrae.*
Pag. 519. Pſ. 82. v. 10. *Oreb et Zeb.*	*horeb et Zib.*
v. 17. *altiſſimus in omni terra.*	*altiſſimus in omnem terram.*
Pag. 520. Pſ. 83. v. 3. *nidum ubi ponat.*	*nidum ſibi ubi ponat.*
Pſ. 85. v. 3. *Ad te clamavi.*	*Ad te clamabo.*
Pag. 521. Pſ. 86. v. 6. *narrabit in ſcripturis.*	*narrabit in ſcriptura.*
Pag. 522. Pſ. 88. v. 19. *in potente et exaltavi.*	*in potentem exaltaui.*
v. 21. *confortabit eum.*	*confirmabit eum.*
Pag. 523. v. 43. *in terram colliſiſti.*	*in terra conliſiſti.*
v. 47. *Quis eſt homo.*	Abeſt *homo.*
Pag. 524. Pſ. 92. v. 1. *decorem indutus — fortitudinem.*	*decore indutus — fortitudine.*
Pag. 525. Pſ. 93. v. 17. *habitaſſet.*	*habitauit.*
Pſ. 94. v. 4. *in manu eius ſunt omnes fines terrae.*	Abeſt *ſunt omnes.*
v. 9. *probaverunt et viderunt.*	*probauerunt me et viderunt.*

2026-06-29

OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=5423 page 7/9
Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1861
Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

Pag. 526. Pſ. 95. v. 12. *a facie domini.*	*ante faciem domini.*
Pſ. 96. v. 11. *de manu peccatoris.*	*de manu peccatorum.*
Pſ. 98. v. 1. *qui ſedet.*	*qui ſedes.*
Pag. 527. Pſ. 101. v. 11. *A facie irae indignationis.*	*A facie irae et indignationis.*
v. 16. *nomen tuum domine*	*nomen domini.*
Pag. 528. v. 19. *in generatione altera.*	*in generationem alteram.*
Pag. 529. Pſ. 104. v. 8. *verbi quod mandavit.*	*Verbum quod mandauit.*
Pag. 530. Pſ. 105. v. 8. *Mare rubrum.*	*mari rubro.*
Pag. 532. Pſ. 106. v. 40. *contentio.*	*contemptio.*
Pag. 533. Pſ. 107. v. 2. *Exurge gloria mea, exurge Pſalterium.*	Abeſt *gloria mea.*
Pag. 534. Pſ. 108. v. 25. *propter miſericordiam tuam.*	*ſecundum miſericordiam tuam.*
Pag. 536. Pſ. 117. v. 14. *laus mea Dominus.*	*laudatio mea dominus.*
v. 22. *et eſt mirabile.*	*hoc eſt mirabile.*
Pag. 537. v. 24. *bene proſperare.*	Abeſt *bene.*
Pag. 538. Pſ. 118. v. 53. *pro peccatoribus.*	*prae peccatoribus.*
Pag. 539. v. 118. *a iudiciis tuis.*	*a iuſtitiis tuis.*
Pag. 540. v. 121. *calumniantibus me.*	*a calumniantibus me.*
Pag. 542. Pſ. 125. v. 7. *mittentes ſemina.*	*portantes ſemina.*
Pag. 543. Pſ. 130. v. 4. *Sicut ablactatus eſt ſuper matre ſua, ita retributio in anima mea.*	*Sicut ablactatum ſuper matrem ſuam, ita retributio in animam meam.*
Pag. 545. Pſ. 135. v. 16. *per deſertum.*	*in deſerto.*
v. 12. *parvulos ſuos.*	*paruulos tuos.*
Pag. 546. Pſ. 138. v. 16. *confortatus eſt.*	*confortati ſunt.*
v. 22. *et ſcito cor meum.*	*et excita cor meum.*

2026-06-29

OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=5423 page 8/9
Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1861
Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

Pag. 547. Pſ. 139. v. 9. *Ne tradas me Domine a deſiderio.*	*Non tradas domine deſiderio.*
Pag. 548. Pſ. 142. v. 3. *humiliavit in terra.*	*humiliauit in terram.*
Pſ. 143. v. 11. *redemiſti Dauid ſervum tuum.*	*redemit dauid ſeruum ſuum.*
Pag. 549. Pſ. 145. v. 7. *erigit eliſos.*	*erigit alliſos.*
Pag. 550. Pſ. 149. v. 9. et Pſ. 150. v. 6. *Alleluia.*	Abeſt.

Canticum Ezechiae a *Lambecio* praetermiſſum.

Pag. 660. c. 38. v. 8. *et habitatorem quietis.*	*et habitatorem.*
v. 9. *Generatio mea ablata eſt.*	*Quieuit generatio mea! ablata eſt.*
v. 14. *reſponde pro me.*	*ſponde pro me.*
v. 15. *cum ipſe fecerit.*	*cum ipſe fecerim.*

Canticum Annae.

Pag. 226. c. 2. v. 10. *humiliat et ſublevat.*	*humiliat et ſublimat.*

Canticum Moſis. Exod.

Pag 60. c. 15. v. 7. *adverſarios tuos.*	*aduerſarios meos.*
v. 19. *eques Pharao.*	*equus Pharao.*

Canticum Abbacuc Proph.

Pag. 835. c. 3. v. 15. *viderunt te.*	Abeſt *te.*
Pag. 836. v. 32. *victor in pſalmis.*	*victori in pſalmis.*

Canticum Moſis. Deut.

Pag. 174. c. 32. v. 5. *Peccaverunt ei et non filii.*	Abeſt *et.*
v. 33. *duo fugabant.*	*duo fugarent.*
Pag. 175. v. 34. *ut Dii eorum.*	*ut deus eorum.*
v. 42. *ego occido et ego vivere facio.*	*ego occidam et ego vivere faciam.*

Hym-

2026-06-29

OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=5423 page 9/9
Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1861
Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

Hymnus trium Puerorum.

Pag. 796. c. 3. v. 40. et deinceps pro *benedicite Domino*, ſemper *Dominum*. Item, quod omni verſiculo additur: *Laudate et ſuperexaltate eum in ſaecula*, in Codice vix non ubique deeſt.

Hymnus SS. Ambroſii et Auguſtini.

v. 20. *in gloria munerari* ſ. *numerari.*	*gloria munerari.*

Canticum S. Mariae.

Pag. 949. c. 1. v. 33. *recordatus miſericordiae ſuae.*	*memorare miſericordiae ſuae.*

Symbolum Apoſtolorum.

Deſcendit ad inferos.	*deſcendit ad inferna.*

Fides S. Athanaſii Epiſcopi Alexandrini.

v. 30. *in ſaeculo natus.*	*a ſaeculo natus.*
v. 34. *in Deum.*	*in deo.*
v. 37. *tertia die.*	Abeſt.

Cetera, ut jam monui, aut Variationes Numeri, Caſus, Temporis ſunt, aut omiſſiones Particulae *Et*, aut manifeſtae Librarii hallucinationes, in quarum numerum etiam venit *Job. Henſeleri* Notarii oſcitantia, qua Teſtimonio ſuo *Codici* huic pretioſiſſimo praefixo notam chronicam ſubjicere neglexit, unde tempus, quando is in Imperatorum Auſtriacorum poteſtatem venerit, adſignare non poſſumus.

ſtipatum *Gloſſa* ordinaria et interlineari. Adhaerent *Cantica* Biblica utriusque Teſtamenti absque gloſſis, *Oratio Dominica*, *Symbolum Apoſtolor. Hymnus Te Deum*, qui inſcribitur *matutinalis*, et initium Symboli dicti *Athanaſiani* titulo *Fides catholica.* Pag. *ult.* legitur *Sequentia* in Reſurrectionem Domini notis muſicis inſtructa hoc initio: *Quem queritis o tremule mulieres in hoc tumulo plorantes* &c.

XXIX. VIII. F. 29.

485 Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. 112. 4. nitide exaratus et picturatus eſt *Pſalterium Davidicum* ex verſione Vulgata

XXX. VIII. B. 21.

Codex membraneus lat. Sec. partim XII. partim XIV. Folior. 121
nunc 172. f. probe ſcriptus et rubricis diſtinctus continet ſequentia.

2026-06-29